



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Michael Archang. 29. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

cælum. Sceleris conscia mulier à dæmone correpta ultrò se stitit, & crimen falsa innocentes omnes absolvit. Porro LIOBÆ de Deo illi fuere sermones, ut hos Imperatoriæ Caroli M. & conjugis augustissimæ aures sitirent. Miris etiam post mortem plurimis, multis etiam in vitâ claruit. Inter hæc illud memorandum, quòd tempestatem ultima minitantem urbi crucis signo fugavit, CHRISTIQC & MARIÆ nomine omne cælum serenavit. Et verò ad geminos soles cur non nubes fugerent? *Ex Surio.*

Si propriam gloriam quæris, florenti invides, absenti detrahis, reponis ladenti te. Hoc Christus non fecit. Confiteris te nosse Deum, factis autem negas; non rectè, non planè, sed impiè; linguam Christo, animam dedisti diabolo. S. Bern. Serm. 24. sup. Cant.

S. MICHAEL ARCHANG. 29. Septemb.

MICHAELEM vides Angelorum bonorum omnium Principem, malorum omnium dominorem: Numinis ad mortales principem legatum, horum ad cælos ductorem fidissimum, operumq; æquissimum libripendem. Tam benè itaque de se merito Christiana Respub. jam olim trophæa, aras & templa statuit. Nam ut montem Garganum, cujus alibi mentionem fecimus, hîc taceam, D. Joannis Apostoli ætate MICHAELIS nomen, quòd salutiferas in hominum usum aquas eduxisset, apud complures populos celeberrimum fuit. D. etiam Autbertus sub annû Christianû dcc. ix. ita jubenti MICHAELI ædem in rupe, quam mare undique alluit, exædificavit. Imp. deinde Constantinus, cum ejus auspiciis hostes suos omnes devicisset, gratitudinis monumentum splendidi-

didissimum templum posuit, cujus exempli sui heredes viros deinceps principes permultos, sed nostrâ potissimum tempestate habuit. Vidit certè Bavaria in eam magnificentiam sacra D. MICHAELI tecta exurgere, ut aut has ædes terra dignas aut nullas habeat, quas cæli Princeps post cælum incolat. Quamvis, si verum loqui velimus, non tam Angeli nobiscum, quàm nos secum habitare percupiant.

Quantâ solitudine nobis opus est, ut dignos nos exhibeamus Angelorum frequentiam, & eo modo conversemur in conspectu eorum, ne fortè sanctos offendamus obtutus? Væ enim nobis, si provocati peccatis nostris indignos nos judicaverint suâ visitatione. S. Bern. S. I. de S. Michaeli.

S. HIERONYMUS D. ECCL.
30. Septembris.

FUIT HIERONYMVS natione Dalmata. Mundum panè omnem cum lustrasset, neque usquam hic arrideret, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transtulit. Hic dum identidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal, quis sit? rogatur. Respondet Christianum se esse: at negat iudex, Ciceronianum esse dictitans, non Christianum; simul mendacii convictum cædi tamdiu imperat, dum vitæ emendationem HIERONYMVS, cælites vadimonium spondent. Et certè amplius quid fuisse quàm somnium sparsæ passim per omne corpus plagæ loquebantur. Quid jam mirum, si exinde, quidquid demum ageret HIERONYMVS, auribus tuba illa fatalis obmurmurabat, oculisque vindex ille iudex oberrabat? Porro in more positum

Sept.
corre-
s om-
e fer-
jugis
mor-
Inter
m ul-
CHR-
rena-
es fu-
absenti
fecit.
rectè,
dedisti
temb.
om-
lomi-
atum,
umq;
de se
, aras
num,
eam,
men,
luxif-
fuit.
c. ix.
quam
einde
om-
plen-
dissi-